



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Ad Leonem X. Pontificem Maximvm

[Straßburg], 1519

VD16 L 3409

F. Martinvs Lvtherivs Pio Lectori Salvtem.

urn:nbn:de:hbz:466:1-34717

DE INDVLGENTIIS SERMO

torio liberent, nondum exploratū habeo, neq; credo, tamen si recentiores id asseuerant, sed probandi facultatem non habent, Neq; ab ecclesia sancitū est. Quare securius est ut pro animabus ipse preceris, & excerces opera pietatis, id quidem remedij receptius atq; certius habetur.

Decimonono, in p̄dictis nihil dubito, quæ idoneis argumentis oīa nitunt, & scriptura, & euāgelicis decretis, longū ualere dicto doctoribus Scholasticis, q̄ uniuersi neutiq; sufficiunt, unā ad populū concionem sacrā confirmare, eadem mecū amplectamini sine dubitatiōe, sine formidie oppositi.

Vicesimo, Si qui de hæreseos crimine me traducunt, quorum scrinijs potissimū aperta ueritas uehementer officit, nō magnopere curo. Neq; istorum clamosas contumelias magnopere reformido. Obscuri sunt, cerebri tenebricosi, bibliæ gustus inexperti, neq; Christi doctrinas unquam legerunt, neq; proprios authores, quos adorant, intellexerunt, Quinimmo laceris & cariosis opinionibus fere detriti sunt. Etenim suis assertionibus perspectis, cognouissent nequam condemnandum eum, qui non solum non peractus est reus, sed ne reus quidem factus. Verum ipsis ac nobis, deus mentem largiri dignetur sanam ac rectam, Amen.

SERMONIS DE INDVLGENTIIS A R. P.
MARTINO LVTHERIO VVITTEN-
BERGAE HABITI, FINIS.

F. MARTINVS LVTHERIVS PIO
LECTORI SALVTEM.

MAGNA uere gratia mihi a domino nostro Iesu Christo collata uidetur, ut uerba mea solius, tam ingrata & odiosa sint multis, deinde nescio in quot hæreses (ceu Prothei quidam essent) secunda pene lingua transforment. Et nisi idem ipsi domino nostro Iesu Christo, Apostolisq; omnibus, atq;

T ij

M. L. SERMO DE VIR

prophetis contigisse scirem, iam dudum desperans, silentium esse sem. Nunc uero cum urgeat officij mei necessitas, eo nitior, quod magis obediendum est deo, quam hominibus, paratissimus officium & titulum docendi relinquere, si ita placet maioribus Ecclesiae, id est, Christo. Sin retinendum est, dent ueniam & boni consulant, qui uolent. Mei studij erit, omnibus uiribus sudare, ut Christus, Christum, Christo nunciet, & audiat. Hac commemoro, pie mi lector, quod Sermonem quendam de excommunicatione, feci ad populum Wittenbergensem, cuius ut ego prope sum oblitus, ita aduersarij miseri, sunt plusquam oportet, memores, interpretesque rigidissimi, ne dicam iniquissimi. Dabo itaque operam, quantum sufficit memoria, ut sententia, si non uerba totius sermonis, omnia in publicum exponam, ut probem, ea me docuisse, quorum neque me poenitentem tractatorem, neque pium auditorem. Quid autem amici mei paraphrasi, aut pseudophrasi sua fecerint, aut faciant, det dominus, ut aliquando uideant & ipsi, Amen, Vale.

*reuerentissimus
Martinus Lutherus*

REVERENDI PA

TRIS AC S. THEOLOGIAE DOCTORIS
Martini Lutherij de uirtute excommunicationis Sermo.



Debitum uobis sermonem totiesque promissum, tandem aliquando persoluo, hoc est, de uirtute excommunicationis hodie dicendum est, quod ut planissime intelligatis, distincte procedam.

PRIMUM.

Videndum, quid sit excommunicatio Ecclesiae, Et quantum uis uocabuli ualeat. Excommunicatio nihil est aliud quam priuatio communionis, & extra communionem fidelium positio. Est autem fidelium communio duplex, Una interna & spiritualis, alia exter